



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Ars Bonæ Mortis. Sive: Quotidiana Erga Sanctissimam Dei Matrem Mariam Pietas**

Ad omnia quidem utilis. Ad felicem tamen mortem obtinendam utilissima

**Hevenesi, Gábor**

**Coloniæ Agrippinæ, [ca. 1708]**

XXV. Aprilis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50961](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50961)

S. Marcus Evangelista sæpe Deiparæ collocutus multa ex ea didicit, quæ in Evangelium retulit; hæc enim omnia noscebat, quæ ad filium spectabant. A fidei Christianæ hostibus ad mortem quæsitus, nomen cælo infertum legit. *Niceph. l. 2. c. 43.* Plus eos amat cælum, quos amplius odit mundus.

S. Marce Divinæ legis fidelissime interpres, docilem mihi à Deipara mentem obtine, ut vivâ fide credam, quidquid per scripturam credendum proposuit Deus, & ita illa audiam, ut conservem omnia in corde meo; nunc pro supremo agone credo firmissimè, quidquid Deus revelavit: O Sanctissima Dei, & mea, Mater pretiosissima! ego N. indignissimus filius tuus ex toto corde, omnibusque tam corporis, quam animæ viribus centiesmillies, imò infinities te saluto: te omni possibili omnium possibilium &c. fol 2.

Ad quod impetrandum: Cum Francisco Valentini Beneficiato ter ad pulsum salutationis Angelicæ votum Marianum renovante, toties ego hodie propositum Mariam amandi renovabo.

Nunquid quia ita Deificata, nostræ humanitatis oblita es ô Deipara? nequaquam ô Domina convenit tantæ misericordiæ tantam miseriam oblivisci. *S. Petr. Dam. ser. 1. de Nat. V.*

Quæstio: An Apostoli cum Evangelio etiam Mariæ cultum per orbem promulgaverint? v. *Canis. l. de Deip. c. 22.*